

*praeterea viæ memoratum (fortasse apud Zosimum 7, 9); cf. Mo. l. c. p. 509. — 4) Idem manus quod alibi dicitur vicarii urbis Romae. — 5) Dioecesis Moesiarum, nota etiam ex laterculo provinciarum Veronensi, postea divisa in duas, Macedoniam et Daciam (Mo. l. c. p. 316). — 6) Examinatorem Mommsenus re non differe putat ab exactore auri et argenti memorato in titulo huius aequali N. 1216. — 7) Idem officium quod postea dicebatur comitis rerum privatarum. — 8) De his muneribus praeterea non memoratis vide observationes Mommseni. — 9) Insepe sacris. — 10) Cf. infra N. 1455.*

**1215** C. Caelio Saturnino v. c., | praefecto praetorio<sup>1</sup>, | C. Caelius Urbanus v. c. | consularis | patri posuit.

*Romae rep. eodem fere loco ubi N. 1214, postea in vinea quadam extra portam Flaminiam (VI 1705 vidit de Rossi). — 1) Idem est qui supra, ad praefecturam praetorianam promotus.*

**1216** C. Caelio Censori|no v. c.<sup>1</sup>, praet. candi|dato, cons., cur. viae | Latinae, cur. reg. VII<sup>2</sup>, | cur. splendidae Car|thagin., comiti d. n. | Constantini maximi Aug. | et exactori auri et argen|ti provinciarum III<sup>3</sup>, cons. pro|vinc. Sicil., cons. Camp., aucta | in melius civitate sua et refor|mata ordo populusque Atellanus. L. d. s. c.

*In vico Grumo inter Neapolim et Capuam, spectat ad veterem Atellam (X 3752 praeter paucas litteras evanidas descripsit de Petra). — 1) Diversus est Caelius Censorinus memoratus VIII 2216. — 2) Sic apographa nonnulla facta saeculo XVIII, recte ut videtur; cf. supra N. 1209 not. 4. — 3) De munere exactoris cf. N. 1214 not. 6. Tres provinciae videntur esse Sicilia, Sardinia, Corsica.*

**1217** C. Vettio Cossinio Rufino<sup>1</sup> c. v., | praefecto urbi<sup>2</sup>, comiti | Augg. nn., corr. Camp., corr. | Tusciae et Umbriae, | corr. Venitiae (*sic*) et Histriae, cur. alvei | Tiberis et cloacarum sacrae urbis, | cur. viae Fla-  
miniae, proconsuli pro|vinciae Achaiae sortito, pontifici dei | Solis, auguri, salio Palatino, ordo po|pulusque Atinas, quod in correctura | eius, quae sevissimam (*sic*) tyran|nidem<sup>3</sup> incurrerat, nullam | iniuriam sustinuerit, | patrono dignissimo.

*Atinae (X 5061 vidit Mommsen). — 1) Ab eodem homine positus est titulus urbanus Eph. ep. 4, 829. — 2) Praefectus urbi fuit a. 345. — 3) Maxentii puto.*

**1218** L. Nonius Verus v. cons.<sup>1</sup>, bis correct.<sup>2</sup>, Apuliae et Calab., | Venetiarum et Istriae, comes, patronus Mutinensium Aquileien. | Brixia-  
norum et universarum urbium Apuliae Calabriaeque, | Viniciae Marciane c. f., fil. Caeciliani p. v.<sup>3</sup>, bis ration.<sup>4</sup>, | urbis Romae et Africae, praes. Lusitaniae, corr. Apul. et Calab., vic. praef. per Ital.<sup>5</sup>, | coniugi sanctissimae ac benignissimae, cuius vita morum | studiorumq. laudibus et universis virtutum animi tam clara | exstitit, ut admirabilia veteris probitatis exempla superarit, | quo merito omniumque iudicio singulari praeconio | inlustrium matronarum decus ornamentumq. est abita.

*Mutinae, sarcophagus (XI 831 vidit Bormann). — 1) Vir consularis. — 2) Corrector fuit bis, Apuliae et Calabriae (sub Constantino, inter annos 547/526*